



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**LEGVM PON||TIFICIARVM GRE-||gorij noni, seu  
Decretalium pentateu-||chus**

**Mesnart, Martin**

**Parisiis, 1555**

xiii. De consanguinitate & adfinitate.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63486](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-63486)

*De consanguinitate, & adfinitate.*

*Tit. 14.*

**P**Rælati, ne in prohibitis gradibus matrimonia contrahantur, publice inhibeto. præsumptores non obstante consuetudine ecclesiastica districtione punito. *5. Quod super his. in fi.*

Insuper matrimoniales causas non per quoslibet, sed per catos iudices, peritosque canonum tractantur. In quibus hic primus esto. A consanguineis prioris coniugis æquè ac propriis abstinetur. Unde si mulier ei, qui defunctum maritum quarto gradu consanguinitatis attingat, nubserit: diuortium promulgator. *1. Ex litteris.*

Testes autem qui ad diuortium celebrandum producti consanguinitatis gradus computabunt à stipite, vel à germanis occipiunt, gradus ordine distinguunt, personas propriis nominibus, aut æquepollentibus (maximè si de auditu deponent) designant. *7. Tua nos.*

In quaquidem computatione hæc regula esto. Quoto gradu à stipite distabit remotior, toto gradu & à quolibet per aliam lineam ex eadem descendentium distare intellegitor. *9. Vir qui*

Quod si qua plebes ab apo. sede indultum habensit contrahendi in gradu aliàs vetito matrimonii, & consuetudo ita fiet ut uterque contrahentiù eo gradu à stipite distare debeat: indultum quoque ita velle intellegitor. Regulæ hoc casu locus ne esto. *3. Quod dilectio.*

Sed & si quis falsa causa summo pont. suggesta dispensationem obtinesit in vetito matrimo- *6. Quia circa.*



## De frigid. & malef. & c.

monio contracto remanendi, & ex separatione graue scandalum imminebit: dissimulari valet.

4. De infidelibus.

Idcirco infideles in gradu canonica lege vetito coniuncti post conuersionem ne separantur. Nam & inter infideles matrimonium esto.

8. Non debet.

Hodie in secundo tertiove adfinitatis genere prohibitio ne esto. hodie soboles ex secundis nubtiis suscepta cognatis prioris coniugis copulari valet. Item copulæ conjugalis prohibitio quartum consanguinitatis & adfinitatis gradum ne excedit. At qui contra prohibitionem huiusmodi contrahet nulla annorum longinquitate defenditor.

2. Super eo.

Denique adfinitas etiam superueniēs, de qua vel per famam volgi constat, sponsalia de futuro soluit.

5. In prin.

Licet verò vxoris consanguinei adfines viri fiant & econtra: viri tamen & vxoris consanguinei ad fines inuicem ne sunt.

*De frigidis, & maleficiatis, & impotentia cœundi. Tit. 15.*

2. Quod sedem.  
5. Laudabilem.

**P**Ver, frigidusve matrimonium ne contrahunt.

Sin hic de facto contraxit, & statim de impotentia constat: matrimoniū statim, alioquin non nisi post triennalē cohabitationem, idque prouo iusto iudicio dirimitur. mulier alteri nubito. Ille si alteram accepit: separantur. At si mulier impotenti viro cohabitare cōsentiet: ipsius eam, si non vt vxorem, vt sororem habeto, Sed